

Aer
Anima aff.
Exercitio

Frictiones

necessarium: sat enim est scire locum affectum, & eius naturam simul cum sua intemperie, & mala compositione, & proprijs causis: non enim curamus nomina, sed affectus. His igitur ita stantibus dicimus hunc nobilem virum pro sua curatione indigere summam, assidua & longa diligentia: neq; enim facile curabitur, sicut ego arbitror. Humores enim crassi & frigidi, loco etiā frigido & profundo inculcati pertinaciter adhærentes, non ita facilè concoquentur & expellentur. Ac præterea notandum fomentum quotidianum & incremen-
tum. Cuius signum est fatis euidens, quod vesper tinis horis semper augmentur tumores: neq; enim hoc esset, nisi noua materia deflueret. Oportet igitur ut nobilis iste vir cognoscens statum suum & naturam suæ ægritudinis, adhibeat perseverantiam, patientiam, & obedientiam: deberetq; constantissimè medicorum præceptis parere, alioqui non curabitur omnino, imo in peiores decidet ægritudines. Proponantur ergo quæ agenda sunt, postea sua prudētia & fortitudine animi exequantur, & tandem optatam sanitatem assequetur. Princípio in victus ratione potissima cura adhibenda est: in omnib. enim lōgis & pertinacibus morbis, nihil efficacius, nihil præstatius, quam optima vi-
ctus ratio. Non tantum igitur dominatio sua in ci- bo & potu studebit modum sibi præscribi, sed in reliquis quoq; causis omnibus corpus humanū alterantibus. Et quoniam aer est primus qui o-
curredit, omni ingenio cauebit, ne occurrat aeri nu-
bilosu & turbido: neque habitet in cubiculo aut
obscuro, aut Boreali flatui exposito, aut humido
& terreno: neq; dormiat fenestrarū apertis, aut ab-
latis operimentis, sicut in æstate fieri consuevit.
Euitabit etiam nocturnum aerem, neque vēto se
exponat tam Australi quam Boreali. Inter omnia
euitabit omnes animi molestias, assiduas cogita-
tiones, scribendi consuetudinem præcipue post
cœnam & prandium: neque legat, aut aliquo mo-
do intēdat animum in aliquā rem. Sed nunquam
repleto ventre exercebit corpus: quiescit ergo
sumpcio cibo tam animo quam corpore, & cum a-
amicis iucundis versabitur, aut leniter ambulabit
per cubiculum, vel stabit erectus, vt cibus melius
ad fundum ventriculi descendat. Horis verò ma-
tutinis, & hora vna ante cœnā exercebit corpus
exercitio moderato, vt superiores partes quam-
maxime exerceantur, inferioribus verò & crurib.
non adeò laborantibus. Multiq; consuluerunt,
vt homo in huiusmodi casibus iacula vel arcu
se exiceret: alij consueverunt vti plumbeis pilis,
quarum singulæ pendant circa libras duas, quæ
manibus contineantur, & cum his pôdera agen-
tur, manibus suprà, infrâ, & secundùm omnem si-
tum usque ad manifestam mutationē anhelitus,
& ad erumpentem sudorem. Et hoc enim sic ha-
betur conueniens exercitatio corporis, & caloris
naturalis excitatio, excrementorumque diffatio-
ac præterea diuersio, eorumque excrementorum
ab inferioribus ad superiora traductio, quod etiā
hoc loco maximē querendum est. Ad hunc eu-
dem usum maxime pertinent frictiones, que quo-
tidie fiant in superioribus partibus circa dorsum,
brachia & pectus, manibus illitis oleo anethino-

788
& chamomelino. Sunt autem hęc omnia nō'yna
aut alteta septimana peragenda, sed pluribus sub
inde diebus, fortè etiam mensibus, si utilitas sit in
de percipienda. Morbus enim natura chronicus
est & pertinacissimus, neque paucō tempore cu-
rari potest, quod quidem nobili huic viro semper
in animo fixum esse oportet, videlicet ne credat
se breui tempore euasurum, sed perquām longa
perseuerantia esse vtendum sibi persuadeat, alio-
quin seipsum decipiet, vel medicorū remedia va-
na erunt. Nocturno quidē somno prolixiori vte-
tur, mallemq; ipsum dormire saltem per octo ho-
ras: sed interdiu somnum tanquam pestem evita-
bit. Procurabit ut quotidianas alui excretiones
habeat, laudauerimq; vt tum pro alui mollitione,
tum pro euacuatione & auerfione humorum per
alū excretorum, tum etiam ad obstructions a-
periendas, ad membra naturalia ac caput corro-
borandū saltem bis singulis septimanis vteretur
pillulis tribus pôdere drachmę, vel scrupulorum
trium, horis tribus ante prādium, quæ haberent:
R. Resinæ terebintinæ cypræ 3.iiiij.
Rhabarbari optimi 3.j.
Garyophyllorum 3.iiiij.

Puluerizentur puluerizanda, & omnia misceā-
tur, & seruentur ad usum. Inter omnia studebit ut
semper unico & simplici cibo contentus sit: nihil
enim detestabilius, quam ciborum multitudo &
varietas. Parcè enim comedat, & citra satietatem:
D pernicioſa, à quolibet vino potenti, sed præcipue
nigro & dulci. Cauebit etiā à compotationibus,
neque bibet intra prandium & cœnam. Cibos eli-
git facilis concoctionis & boni nutrimenti, qui-
pud omnes notissimi sunt, sicut caro hœdina, pul-
lorum iuuenum, vituli lactentis: sed meo iudicio
cauebit à piscibus, præsertim Venetis. Oua sorbi-
lia recentia maximē congruunt. Fercula ex farre,
hordeo, spelta, beta etiam cū boragine, buglossa
& petroselino, non negantur: conceditur etiam
E lactuca, si parcè comedatur; nec omnino sunt de-
testandi asparagi, præcipue dulces, & hortenses.
Cauebit à caseo tam recenti quam antiquo, & ab
omnibus lacticinijs, à carnibus antiquis & salitis,
à leguminibus, à rebus frictis in sartagine. Par-
cius cœnabit quam prandebit: sed & prandium
F erit moderatum. Non ibit cubitum nisi per duas
horas post cibum, & si poterit vel leniter deambu-
let vel erectus maneat, citra tamen defatigatio-
nem. Hęc diligentissimē sunt obseruanda, non
vno aut altero mense tantum, sed per plurimum
temporis, alioqui non tantum non sanaretur, sed
etiam in deteriores dispositiones prolaberetur.
Sed præter hanc viuendi rationem, erit etiam ad
reliqua medicinalia remedia accedendum, inter-
quę illa præcipue consulo, vt bis in anno purge-
tur, Vere inquam & Autumno. Purgatio quę hoc
modo esse poterit.

R. Florum cassiae 3.x.
Specierum hieræ simpl. 3.ij.
Cum zuccharo fiat bolus, sumat tribus horis
ante prandium. Item
R. Syrupi de cichorea Nicolai sine rhab.
Oxymellis simpl. ana 3.j.
Decoccio-